



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Iurame[n]tum II. quoad materiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

464 IV R A M E N T V M . II.

non adimplendo amplius quam ipse intellexit: unde qui iurat latroni se daturum illi centum aureos, intelligendo intra se, si illi debet, non tenetur illos soluere si alias non debet. num. 14.

G Peccat qui inducit ad iurandum, quem credit falso iuraturum. Secus, si inducit iuris ordine. num. 20.

Qui iuramentum expostulat a famulis, ut declarant auctorem alicuius furti, ea intentione ut cum prodat in omni euentu, peccat. num. 21.

Licet petere iuramentum ab infideli, quem scimus iuraturum per idolum, & falsos Deos. cap. 14. num. 31. lit. F. & cap. 21. num. 25. Nou. cap. 14. num. 39. cap. 21. num. 25.

I V R A M E N T V M . II.

Quoad materiam.

Q Vi iurat facere aliquid mortale, est peccatum mortale; & qui veniale tantum, est veniale. cap. 12. num. 10. 15.

Qui iurat se non transiturum per talem locum, si non adsit finis honestus & utilis, iuramentum est vanum. num. 12.

Qui iurat se non facturum aliquid, quod est de consilio Evangelico tantum, non peccat

IVRAMENTVM II. ET III. 465

cat mort. num. 16. Iuramentum factum de re indifferenti, non obligat. num. 17.

Iurans rem licitam, & non adimplens, peccat mort. quamvis iuret percitus ira: dummodo non sit tanta ut iuranti iudicium ad mort. sufficiens adimat. num. 9. Nou. 10. si autem res sit leuis, erit veniale. num. 9.

Mulier habens secretum impedimentum, potest iurare, se habitaturam cum viro, intelligendo intra se in quantum licite possum. cap. 18. num. 7. & cap. 12. num. 9.

IVRAMENTVM III.

Quoad obligationem.

Vramentum de re leui tantum, obligat A
sub veniali. cap. 12. num. 9.

Iuramenta facta de non adimplendo consilio Euangelico, ut de non mutuando, quamvis absque culpa seruari possint, non obligant: melius est ea frangere. num. 17.

Iuramentum de redeundo ad carcerem, B
obligat, quamvis sciat se ob id moriturum:
securus si carcer est iniuriosus. num. 18.

Iurans aliquid facturum, credens se praestare posse, non peccat mort. non praestando, si alias fecit, quod in se est, ut posset praestare, & non valuit. Tenetur tamen transfa-

Gg cto